



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

24. Quid sit de illorum qui ministrant in oleo oliuarum non benedicto?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

mētorum per aliquod aliud simile supple-
ri illo modo possunt. Quare cāute legen-
da est (a) Summa de sacramētis à Victoria,
quæ his in locis multorum manibus terit,
cum dicit, ad hoc sacramentum conficien-
dum sufficere oleum rosaceum, modo non
sit multum corruptum, quia siue illud sic
corruptum, siue integrum, perinde est ine-
ptum ad hoc sacramentum; & dicere con-
trarium est erroneum contra determinati-
onem Concilii generalis Florentini.

Q V A E S T I O XXIV.

*Quid sit de illorum, qui ministrant in oleo oliua-
rum non benedicto?*

Quæstionis explicatio,

IN dubie in ordinaria administratione
huius sacramenti vtendum est oleo be-
nedito; alioquin aliter ministrans pecca-
ret, an vero conficeret vel non conficeret
sacramentum, non est vsquequaq; certum
apud Doctores. Communior sententia est
non conficerere, quæ est (b) D. Thomæ, (c)
Bonaventuræ, (d) Paludani, & (e) Sotij, qui
afferit, certo ita tenendum esse, nullam ve-
ro aliam afferrationem, nisi quia Ecclesia
Romana ita s̄tit, q; tamē non pbat. Quare
nō desunt alii q; putent, cōfici & ministrari,
si de

b In 4. diff.

23. q. 1. art. 2.

c Ibid. art. 2.

d q. 2.

e q. 216.

a quest. 216.**b** verb. Extr.**vñct. n. 6.****c Iacobi 5:**

si de facto sic conficiatur & ministretur:
cuius sententiæ sunt (**a**) Victoria in summa de
sacramentis, & Emanuel Za (**b**) in Aphori-
smis. Fundamentum sumi potest ex verbis
D. (**c**) Iacobi, dicit enim: *Vngentes oleo, non*
dicit, benedicto, sed simpliciter oleo. Occa-
sione huius controvërsiae quæritur, quid
dicendum de modo ministrandi illorum,
qui non habentes ad manum oleum infir-
morum benedictum, vtuntur oleo non
benedicto, ne interim dum oleum benedi-
ctum affertur, peste infectus moratur sine
hoc sacramento.

Responso.

Tolerari potest, si conditio addatur, vel
subintelligatur, quatenus videlicet o-
leum nō benedictum sit apta materia, quia
in similibus casibus dubiis ostendimus sa-
cramenta hoc modo ministrari posse,
quando periculum est in mora & agitur de
salute animarum, hoc enim modo mini-
strando simul saluatur reverentia sacra-
mento debita per adiectam vel subintellectam
conditionem, & succurritur periculo salu-
tis animæ proximi.

Dices: Quid si pastor persuasus sit ex sen-
tentia D. Thomæ oleum non benedictum
non esse aptam materiam huius sacramenti
poterit

poterit nihilominus in simili necessitate v-
ti huiusmodi materia adiecta vel subintel-
lecta (vt dictum est) conditione?

¶ Poterit deposita persuasione, & as-
sumpta dubitatione, si forsan oleum sim-
plex esset apta materia; alias enim peccaret
agendo contra conscientiam, quamuis
male informatam, vt doceri solet in mate-
ria de conscientia.

QVÆSTIO XXIII.

*Quid sit de illorum, qui inungunt oleo oliua-
rum cui admixtus est aliis
liquor?*

Quæstionis explicatio.

Oleum oliuarum simplex, hoc est nul-
li alteri liquori permixtum, est mate-
ria huius sacramenti: sic enim Scriptura sa-
cra, Concilia, & omnes Scholastici Docto-
res clare definiunt: verum quia fieri potest,
vt mixtio aliqua fiat siue casu, quia forte
incidit in ampullam olei infirmorum, a-
lius liquor, puta, vini vel aquæ; siue ex pro-
posito præmente necessitate, puta quia exi-
guum quid est olei, & plurimi peste infe-
cti inungendi veniunt: Quæritur idcirco,
quid de modo ministrandi cum huiusmo-
di oleo mixto sit censendum?

Responso.